Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

magna locuti sunt inimici mei insultantes et gaudentes
de casu meo
Non recuso o pater cedi et crucifixi pro salute totius mundi
Quoniam ego in flagella paratus sum et pordinatus a
te et ideo licet flagella patior sponte tue voluntate me con
formans et dolor meus in conspectu meo et michi patet
et manifestus est michi dolor quem patior intelligo eum
pati no p culpa mea sed tua dispensatione
Ideo etiam in flagella puratus sum Quoniam iniquitate
meorum in causa esse cognosco sic et alios punitabo et
ego cognitabo opam dando qualiter peccata totius mundi
mea passione absoluam
Cum tanta patior Inimici mei tam viuunt et prosperabun
tur sanitate gaudent confirmati sunt et roborati sup me
prosequendo et multiplicati sunt qui oderunt me iniuste si me
culpa mea
Oderunt me iste iniqui qui Retribuerunt michi mala
pro bono odium pro dilectione mortem pro uita quam
multis eorum cotidie detrahebant michi dicentes non
est salus illi in deo eius et hoc nulla alia de causa nisi
quoniam sequebar bonitatem et in felice conscienciam cui no
pt imponi nisi consecuet legem dei siu
Ne derelinquas me domine deus meus voluntati
infidelium me exponendo ne discesseris a me sed potius
mecum permane ut me facias resurgere
Intende in adiutorium meum domine deus qui me
ad salutem humani generis incarnari et pati insisti

Ps 38 In quo docet vir iustus inter blasfemos et iniquos lingue continencia hre certamina et erumpnas opprimere

Loquitur vir iustus